



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti**

**Sá, Manuel de**

**Coloniae, 1610**

Pignus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41645**

ad pios vsus. Potest & Iudex ad dirimendam litem, pensionem constituere. Quæ mihi vt vera videntur, ita parum esse in vsu.

6. Pensio non est propriè beneficium, non tamen datur irregulari sine dispensatione.

\* *Nau. c. 23. num. III.*

7. Excommunicatio lata in non soluentem pensionem tempore præfixo, non ligat secundum stylum Curia, vsque dum pensionarius declarat ligasse.

\* Si consensus per procuratorem præstitus sit, sed si ipse per se consensisset ligaret ante literarum intimationem. *Nau. c. 27. nu. 274. Vide Zech. l. c. num. 8.*

8. Pensio non soluta potest ex stylo Curia peti à successore de fructibus, quos percepit.

\* *Nau. consi. 49. de præb. num. 2.*

Pensio, & beneficia in materia spoliarum & in onere distribuendi rēditus æquiparantur. *Nau. de spol. cler. §. 2. nu. 8.*

*Pignus, vide Contractus.*

1. Pignus non licet vti contra voluntatē Domini.

\* De pignore *Garzias c. 40. Lopez lib. 2. de contract. c. 18. Nau. c. 17. nu. 204. Mol. à d. 528. Lopez de contract. à. c. 18. lib. 2.*

\* *Syl. Pignus 7. Nau. c. 17. num. 204.*

2. Non datur res sacra in pignus, nisi in necessitate. \* *Nau. c. 17. nu. 205.*

3. Recepto

3 Recepto homine libero in pignus pro debito, perditur debitum. *Vide glo. c. 1. de pign. ubi excipiuntur quidam casus. \* Syl. l. c.*

4 Creditor potest pignus in pignus dare, sed non pro maiore quantitate; non potest autem vendere, debitore non solvente, nisi post biennium, & eo prius monito, nisi Index concedat posse ante. Quidam tamen dicunt posse vendere post trinam monitionem non soluenti factam; etiamsi fuisset conuentum ne venderetur, quod ego æquum puto, dummodo debitorem expectet aliquo conuenienti tempore, nisi promississet expressè se nullo modo venditurum: seruanda enim promissio.

\* *Nau. l. c. Syl. l. c. num. 8. Fum. ib. num. 5.*

Non potest? *Syl. l. c. num. 10. Nau. c. 17.*

5 Clericum accipientem rem Ecclesiæ in pignus, debere fructus in sortem computare, quidam aiunt, alij negant, sed improbabili-ter, nisi forte, modo sequenti.

\* *Vide Syl. l. c. num. 11. Fum. ib. num. 6.*

6 Dominus accipiens feudum in pignus facit fructus suos, dummodo non accipiat eos ex melioramentis, nec interim seruitium à vasallo. Idemque dicendum in Emphyteusi, nisi Emphyteuta grandem pecuniam pro ea dedisset, quanquam etiam tunc potest percipi tantum fructus, quanto minus pretio rei iusto ille dedit.

\* *Gar.*

- \* *Garzias c. 40. num. 9. Sot. lib. 6. q. 1. art. 2. col. 10. Syl. V. Feudum nume. 29. 30. Nau. c. 17. numer. 217. Tol. lib. 5. cap. 30. num. 6.*
- 7 Prohibita alienari, possunt pignori dari.
- 8 *Expensæ factæ in pignore necessario, vel utiliter, repeti possunt.*
- \* *Vide Syl. l. c. num. 13. Nau. l. c.*
- 9 Agrum à te incultum accipiens in pignus, si colat, posse fructus non computare in sortem, quidam aiunt, alij minus probabiliter negant.
- \* *Aiunt } Sot. lib. 6. q. 1. art. 2. ad 6.*
- Negant } Nau. c. 17. nu. 216. Mol. d. 320. Garzias c. 40. nu. 8. tutiorē Nau. sententiā indicat Lopez lib. 2. c. 20. de contract. in fine, veriolem.*
- 10 Pignus dicitur de re mobili, hypothecca de immobili.
- \* *Vide Lopez l. c. Fum. l. c. num. 1.*

*Piscatio, vide Venatio.*

*Pœna, vide Ignorantia, Interpretatio, Lex.*

1 **P**OE<sup>na</sup> imposita ipso Iure vel facto non incurritur sine sententia Iudicis, & executione per ipsum, etiamsi lex dicat non requiri sententiam, aut declarationem, aut etiam soluendam in Foro conscientiae, intelligitur enim Iudice exequente; nisi pœna effectus